

T12

Elegie II, 13A

Lo scopo della poesia

Metro:
distico elegiaco

- 1 Non tot Achaemeniis armantur [...] sagittis,
spicula quot nostro pectore fixit Amor.
Hic me tam gracilis vetuit contemnere Musas,
iussit et Ascreum sic habitare nemus,
- 5 non ut Pieriae quercus mea verba sequantur,
aut possim Ismaria ducere valle feras,
sed magis ut nostro stupefiat Cynthia versu:
tunc ego sim Inachio notior arte Lino.
- 10 Non ego sum formae tantum mirator honestae,
nec si qua illustris femina iactat avos:
me iuvet in gremio doctae legisse puellae,
auribus et puris scripta probasse mea.
- 15 Haec ubi contigerint, populi confusa valeto
fabula: nam domina iudice tutus ero.
- 15 Quae si forte bonas ad pacem verterit aures,
possum inimicitias tunc ego ferre Iovis.